

et Germanorum cruda barbaries divine legis iugulat simul^w et captivat ministros. Ita nimirum in ecclesia Dei scripture sacre vaticinium adimpletur: *Facti sunt hostes^x in capite*⁵⁷. Et rursus in evangelio dicit^y: *Percutiam pastorem et dispergentur oves gregis*⁵⁸. Non ergo^z sine periculo christiane religionis id obvenisse crediderim, ut rector pariter et magister ecclesie ligaretur^a. Fortiorem hostis percussit, ut postmodum ei facilior de subiectis esset triumphus⁵⁹. Precisum^b est caput nostrum, et membra cetera^c non arescunt? Dux exercitus Christi ligatur^d, et miles imperterritus sustinebit? Iesu bone, ubi est promissionis tue^e veritas, si cum^f ecclesia tua non permanseris in eternum⁶⁰? Aut quid prodest oratio tua, si fides Petri deficiat? Confirma, Christe, confirma fidem ecclesie, pro qua^g rogasti^h, mane nobiscum, sicut dixisti⁶¹!

Porro tuⁱ, frater^j, esto sollicitus^k in oratione^l, ne et^m ipsi circumveniamur^a nⁿ sathana⁶². Ecce enim, quem heri laudum preconii⁶³ extollebas, quem dilectionis sancte^o sequebaris^p officio, duobus in mundo^q miraculis, si fas est dici^r, coruscat aut, si tibi non^s displicet, duobus^t alligatur^u flagitiis^v, qualia nec in gentibus^w sunt audita⁶⁴. Quis enim

w) simul: filios *BEAUGENDRE* x) hostes: hostis *S*, hostes eius *BEAUGENDRE SACKUR nach dem Wortlaut der Vulgata* y) dicit in evangelio *BEAUGENDRE*, in evangelio dicitur *D'ACHERY*, in evangelio ait *P²* z) ergo: *korrigiert aus* enim *G* a) obligaretur *P²* b) Precium: Precium *P¹*, Preciosum *P²* c) cetera membra *P²* d) ligatus *P²* e) tue promissionis *P²* f) si cum: sicut *P¹* g) tua *P²* h) rogasti: tu rogasti *BEAUGENDRE SACKUR* i) tu: tamen *P¹ D'ACHERY* j) frater: super *P²*, sunt *P¹*, *fehlt D'ACHERY BEAUGENDRE SACKUR* k) sollicitus esto *BEAUGENDRE* l) in oratione: oratione *P¹ Po D'ACHERY*, et ora *D*, vel oratione *S* m) etiam *BEAUGENDRE* n) a: *fehlt P²* o) sancte: *fehlt BEAUGENDRE* p) prosequeris *BEAUGENDRE SACKUR* q) in mundo: immundus (*korrigiert aus -dis*) *S* r) dicere *Po SACKUR* s) non: *fehlt BEAUGENDRE* t) duobus: *fehlt Po* u) alligavit *P¹ D'ACHERY* v) flagitiis *S* w) nec in gentibus: in gentibus non *Po*

57) *Threni* 1, 5.

58) *Matth.* 26, 31.

59) *Zum Gedanken CASSIAN. conl. V 14, 2 (ed. PETSCHENIG, CSEL 13, S. 137, 21 f.)* et ita semper validioribus superatis celerem de residuis habebit facilemque victoriam und *PETR. VEN. ep. 20 (The Letters of Peter the Venerable, edited, with an introduction and notes, by Giles CONSTABLE, 2 Bde. [Harvard Historical Studies 78, 1967] 1, S. 37, 8)* facilis erit eius subiugatio frequentes de fortioribus hostibus victorias assecuto.

60) permanseris in eternum: *vgl. Threni 5, 19 und Ioh. 12, 34.*

61) sicut dixisti: *vgl. Matth. 28, 20.*

62) 2. *Cor. 2, 11* ut non circumveniamur a Satana.

63) *Ov. ex Ponto* IV 8, 45 praeconia laudum.

64) in gentibus sunt audita: *vgl. 2. Esdr. 6, 6 und Ier. 50, 2.*